



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelia Geographiae Veteris Et Novae

Parallelia Geographica Italiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 11. Ager Dertonensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13120

& Sfortiam simul iunctos.

Spinense Castrum: *Castro della Spina*.

TANARVS: *Tanaro*, & *Tanero*, ex nexu Apennini & Alpium egreditur de triplici riuo. In eo auri ramenta inueniuntur, ex quo se vidisse torquem ait Volaterranus.

FL V.

BORMIA: *Bormia*, duplice ex fonte oritur, atque satis diu duplice alveo fluit, & ad Alexandriam Tanaro miscetur.

VII.

Orba: *Orba* mixtus Bormiae cadit in Tanarum.

Lemus: *Lemo*, cadit in Orbam.

N V M. II. Ager Dertonenis, Tortonese.

DERTONA: *Tortona*, de cuius nomine vide Leandrum: pene desolata erat tempore Leandri, nunc nonnihil restoruit; ad Scriuiam fluuum facet.

Castellum Nouum: *Castro Nuovo Tortonese*, à Gothis conditum cum Dertonam tenerent, habebantque horreum, & rei frumentariae magnum praesidium.

Sale: *Sale*, non in honestum oppidum ab iisdem Gothis eodem tempore conditum in agro per ameno non procul ab ostio Scriuiae in Padum.

Serraullis: *Serraualle*, ad Fl. Scriuiam, sic dictum quod claudit angustias huius tractus quasi Serâ, quare scribendum esset Seraullis. Iuxta hanc ostenduntur rudera vrbis antiquae Iriæ.

Arquatum: *Arqua*, ad praedictum Fl. Scriuiam.

Castrum Gibellinum: *Castro Gibellino*, à Mathæo Vicecomite Mediolani conditum 1313, sic dictum in gratiam Gibellinae factionis, ut eum locum frequentarent, & alacrius contra Papienses tutarentur. Subuersum est Padi violentiâ, sed reparatum.

Vicheria, aliter Vogheria: *Voghera*, oppidum diues & opulentum, Vermiorum patrimonium.

Ripa: *Ripa*, ad torrentem Stafforam.

Retorbium: *Retorbo*, castrum in colle situm.

Pons Curonis: *Ponte Corone*, ad Fl. Curonem, *Corone*, ubi etiamnum vestigia pontis supersunt.

V R B E S A G R I D E R T O N E N S I S .